

Joachim Stockmann

**Programma Quo Pro-Rector Joachimus Stockmann, Med. D. & Profess. Ad  
exequias Quas Foeminae ... Annae Elisabethae Heinae, Coniugi suae  
sanctissimae desideratissimaeque, ... Vir Dn. Joannes Gravius, Viduus  
maestissimus paratas cupit Omnes ac singulos Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771248539>

Druck    Freier  Zugang



Stockmann, J.,

in A. E. Hein,

uxor. J. Gravius.

Rost. 1652.







PROGRAMMA

Quo

PRO-RECTOR

Universitatis Rostochiensis

JOACHIMUS STOCK-

MANN,

Med. D. & Profess.

*Ad exequias*

*Quas*

*Fæmina rarissimi exempli*

ANNÆ ELISABE-  
TÆ HEINÆ,

Conjugi suæ sanctissimæ  
desideratissimæque,

*Nobilissimus atque Amplissimus Vir*

DN. JOANNES GRAVIUS,

Viduus mestissimus

*paratas cupit*

*Omnes ac singulos Cives Academicos  
officiorum amicorum invitati.*

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typog. 1652.

130.



A. B. N.

Mos vetus est, plenus pietatis & reverentiæ, quum mortuorum indicimus funera, & vitam quoque eorum perstringere breviter, & quicquid laudabile inibi tristi affectione commemorare. Nam quas in vivis virtutes amavimus, eas laudare in mortuis & commendare convenient, ut quamvis ipse sublatæ sint, earum tamen ad posteros maneat exemplum.



Agno iterum atque  
eximio cùm ornamento,  
tùm exemplo quoque orba-  
tum est fæminarum genus,  
cùm ANNA ELISABE-  
TA HEINIA deceßit.  
Jactat Alcestis fidē sui ostent-  
atrix antiquitas, castitatem  
Penelopes, Aspasia formam  
& in summa virtute summam

felicitatem. Nihil autibus equidem damus, quæ illa sin-  
gulis tribuit, in ista universa hactenus admirati sumus,  
jam veneramur; adeò ut eam non tam priscis illis appo-  
namus, quæ Sacramenti nostri prærogativâ anteponamus.  
Scit universa civitas, quantum pietatis, quan-  
tum continentiae, frugalitatis, atque modestiae in ea fue-  
rit, & proinde fatorum violentia subreptam ex animo  
jam dolet. Quid verò animi Marito putatis esse? Sane  
hæc omnia tanta sunt, ut singula ipsum in primis ad hu-  
mum mærore gravi deducere possint, ut poeta ait. Na-  
ctus is quidem ex voto laudabilem Conjugem erat, sed  
non ex voto vivacem. Ecce enim, dum prolem, primum  
matrimonij pignus. Deo optimo max. opem ferente,  
edidisset, ipsa mater laboribus partus fracta, & vi dolorum  
victa paullò post has luce privatur; dumque sobo-  
les Parenti primam quasi salutem: Ipsa ô dolor, non-

A 2

multò

multò post Marito extēnum dicit vale , ingensque  
sui desiderium relinquit. Tūm intellectum est, quām ve-  
rissimè à Tragico dictum sit :

— dolor & voluptas

Invicem cedunt : brevior voluptas ;  
Et quām laborum ac molestiarum plenissima, imò cum  
magno vitæ discriminē conjuncta res sit, párere liberos.  
Ut non de nihilo fieri debeat, quod Medea apud Tragi-  
cum in theatro pronunciavit :

----- ὡς τεῖς ἀν μηροὶ αὐτίδα

Σπῆναι θέλει μὲν μᾶλλον η τεῦν απεδευ τελ, ut Ennius  
Latinè :

ter sub armis malim vitam cernere,

Quām semel modò párere..

De nauta quidem Satiricus ait :

----- nauta dolato

Confisus ligno , digitis à morte remotus

Quatuor, aut septem, si sit latissima teda.

Unde & Bias, quem Græcia inter septem Sapientes ad-  
mirata est , nautas neque inter vivos neque inter mor-  
tuos censebat. Nos verò quantum & quam proximum  
nautis periculum impendeat , tantum tamque proxi-  
mum, & fortasse proximius puerperis impendere pæne  
censuerimus. Atque hac intemperiem quasi contagio  
quodam derivatam novimus à prima illa matre Heva,  
cui Dominus : multiplicando, dixit, multiplicabo dolo-  
restuos ; & cum dolore paries filios. Certè non cum  
dolore tantùm superioribus diebus fīliolum enixa est  
**ANNA ELISABETA HEINIA**, fēmina ra-  
rissima : sed ipsam etiam animam elisit. De cujus vita  
exponere quædam omnino debemus, ne vel virtutibus  
Ejus iniqui, vel posteriorum parùm fuisse curiosi videa-  
mur.

mur. Nata igitur est heic Rostochij anno clo. Ioc. xxviii.  
d. xii. Junij. Patrem habuit amplissimum consultissimum-  
que virum DN. F R I D E R I C U M H E I N J. U. D.  
& Pandectarum in hac Universitate quondam Professo-  
rem vicarium ; matrem E L I S A B E T A M Hahnen/  
fæminam singularis innocentiae ac pietatis. Avum pa-  
ternum sortita fuit consultissimum, amplissimum atque  
excellentissimum virum DN. A L B E R T U M H E I N  
J. U. D. & Decretalium in hac Universitate Professo-  
rem quondam celeberrimum, Collegii Juridici Senio-  
rem , ac Illustrissimi Principis Mecklenburg. Ducis  
J O A N N I S A L B E R T I , cuius gloriosissimè recorda-  
musr, Consiliarium intimoris admissionis , longeque  
meritissimum ; aviam paternam C A T H A R I N A M  
Horstmanns / honestissimam & laudatissimam Matro-  
nam. Proavum maternum laudare habuit antiquæ vir-  
tutis ac fidei virum B A L T H A S A R E M Hahne/ Civem  
apud nos quondam spectatissimum ; aviam maternam  
A N N A M L U S C H O V I A M , viri amplissimi consul-  
tissimiique DN. M A R C I L U S C H O V I I J. U. D. &  
in Academia nostra Codicis quondam Professoris me-  
ritissimi filiam. Proavus paternus ei fuit vir itidē amplis-  
simus ac consultissimus DN. F R I D E R I C U S H E I N  
J. U. D. Illustrissimi Principis Mecklenburg. Ducis  
J O A N N I S A L B E R T I Consiliarius intimoris ad-  
missionis, Decretalium in hac Universitate Professor &  
postmodum Civitatis Rostochiensis Syndicus ac Con-  
sul gravissimus ; proavia materna A N N A D o b b i n s /  
DN. A L B E R T I D o b b i n s / Senatoris Reipubl. hujus  
quondum consultissimi filiam. Proavum maternum ha-  
buit Nostra DN. J O A C H I M U M Hahne Senatorem  
apud

apud nos quondam prudentissimum & proaviam mā-  
ternam MARGARETAM Schmiedes. In Parentum  
gremio non diu hæsit; Patre enim anno clc. lcc. XXIX.  
d. XI. Maj. heic Rostochii mortuo; matre verò infe-  
quenti anno clc. lcc. XXX. mense Decemb. Lubecæ,  
quò ob præsens à grassatore milite periculum confuge-  
rat, fatis functa, in avi sui D. ALBERTI HEINII  
domo accotuberno educata porrò castè ac liberaliter,  
nec non edocta pietatis rudimenta virtutesque alias,  
quæ eum sexum præcipue decent, sedulò fuit: ut & ad-  
mota interim curis domesticis, & administrandæ fami-  
liæ, ad quam provinciam sustinendam præcipue, si  
Xenophonteo Socrati credimus, ipse DEus & natura  
mulierum condidisse genus videtur. Pietatem verò  
cumprimis coluit, nec tantum publicis sacris libenter  
interfuit, sed & domi legendis libris Christianis, ac in-  
primis divinis oraculis operam dedit; Compertumque  
de ipsa habemus, quod odas Davidicas ferme omnes ut  
& Epistolas sacras, quæ singulis diebus Dominicis per  
totum anni tetrachordon è rostris in Ecclesia publicis  
explicantur, memoriâ felicissimè tenuerit, poscentique  
recitare potuerit. Cùm & avus tandem anno clc. lcc. xxx.  
mortalitatem suam explevisset, avunculi sui viri nobi-  
lisimi consultissimi atque amplissimi Dn. ALBERTI  
HEINII J. U. D. Illustrissimi Principis Mecklenb.  
Ducis ADOLPHI FRIDERICI &c. Consiliarij inti-  
moris admissionis, ut & Cancellariae Sverinensis Di-  
rectoris, atque in Academia Rostochiensis Decretalium  
Professoris longè celeberrimi fidei ac curæ credita fuit,  
cui se se adeò quoque probavit industria sua ac pietate,  
ut alterum patrem in eo inveniret. Cum itaque eo  
modo adolevisset à primâ inde infantia, ut nihil medi-  
tar;

tari ac discere, nihil agere ac designare unquam videre-  
tur , quod aut indignum ac alienum ejus sexu, aut per se,  
parum probum atque honestum esset, anno clo. Icc. LI.  
d. X. Junij in matrimonium petita fuit Sverini à viro  
nobilissimo amplissimoque Dn. JOANNE GRAFIO.  
Principum ac Ducum Mecklenburg apud Serenissi-  
mam Reginam Sueciæ RESIDENTE , ut vocant , meo  
ritissimo. Expertus enim & ipse fuerat, verisimè di-  
xisse poëtam Christianum :

Mentis honor, morumq; decus sunt vincula sancti  
Conjugij.

Cum hac Conjugi sua concordia quidem tantâ vixit, ut  
nunquam ille Sacellum Deæ Viriplacæ adeundum fue-  
rit : quippe quæ non cultu modò atque obsequio ~~aut~~  
~~et~~ Sara, sed delenificâ etiam morum suavitate ipsi-  
ssima Abigail mirum in modum viro se approbaret ; id  
vicissim consecuta , ut totum ejus animum ad se trans-  
ferret, ultrò fatentis : non aliud sibi nisi ex matrimonio  
solatium esse. Enixa quidem est d. XIII. Martij filio-  
lum , cui nomen JOANNES FRIDERICUS,  
verum ex atrocissimis partûs laboribus sic enervata  
& debilitata fuit, ut vires prostratae atque exhaustæ nullâ  
prorsus humana ope instaurari & recolligi potuerint.  
Itaque cùm æquissimo præsentissimoque animo dolo-  
res gravissimos diem à partu jam sextum tolerasset, ani-  
mamque suam SS. cænæ Dominicæ viatico instructam  
sensibus cæteris, & mente ac loquelâ ad extremum usq;  
halitum sanâ atque integrâ , CHRISTO SERVA-  
T O R I commendasset , serioque se ad abitum præpa-  
rasset , inter sanctas & dignas Christianâ fæminâ voces  
d. XX. prædicti mensis Martij sub V. vespertinam de-  
fecit yitaque excesset, cùm nondum XXIV. annos in-  
tegros

tegros explevisset. Fuit, ut diximus supra, Pietati serio  
sempre dea ita, itaque & benigna pauperibus & munifi-  
ca satis. Cum vicinis quoque ita vixit, ut nunc cumpri-  
mis sibi eam lugendam & desiderandam putent. Nam-  
que & studuit eorum commodis sedulò, & necessitatibus,  
quoad poterat, succurrit, & erga omnes comem se,  
atque facilem præbuit. Ut nihil nunc de iis virtutibus  
dicamus, quas domi & apud suos privatim exercuit.

Cum igitur ornatissima haec fæmina ita semper vi-  
tam vixerit, ut non immerito ejus exequias, quam fieri  
potest, honestemus, agite CIVES ACADEMICI,  
& funus ejus quod postea futurum est, frequentes pro-  
sequimini. Nulli dubitamus quin hoc nobilissimæ ac  
splendidissimæ familie, ejusq; in hanc collatis Academ-  
iā meritis libenter daturi sitis, Deus verò qui vulnerat  
& sanat: qui interficit & in vitam revocat; mæstissi-  
mum Maritum & familiam nobilissimam in luctu tam  
acerbo, Spiritus S, consolatione sustentet ac erigat! P.P.

Rostochij d. XXVI, Martij, anno recuperatae  
gratiae clo, I<sup>o</sup>c, LII.

*Conventus factus in templo Jacobæo ad horam  
primam.*











[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn771248539/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771248539/phys_0016)

mur. Nata igitur est heic Rostochij anno cl. d. XII. Junij. Patrem habuit amplissimum consueque virum DN. FRIDERICUM HE & Pandectarum in hac Universitate quondam rem vicarium ; matrem ELISABETAM fæminam singularis innocentiae ac pietatis: ternum sortita fuit consultissimum, amplissimum excellentissimum virum DN. ALBERTUM J. U. D. & Decretalium in hac Universitate rem quondam celeberrimum, Collegii Juridici, ac Illustrissimi Principis Mecklenburgi JOANNIS ALBERTI, cuius gloriosissimus mur, Consiliarium intimoris admissionis, meritissimum ; aviam paternam CATHARINAM Horstmanns / honestissimam & laudatissimam. Proavum maternum laudare habuit a tutis ac fidei virum BALTHASAREM Hahn apud nos quondam spectatissimum ; aviam ANNAM LUSCHOVIAM, viri amplissimi que DN. MARCI LUSCHOVII in Academia nostra Codicis quondam Prototypissimi filiam. Proavus paternus ei fuit vir iustus ac consultissimus DN. FRIDERICUS J. U. D. Illustrissimi Principis Mecklenburgi JOANNIS ALBERTI Consiliarius in missionis, Decretalium in hac Universitate postmodum Civitatis Rostochiensis Syndicul gravissimus ; proavia materna ANNAM DN. ALBERTI Dobbins / Senatoris Rostocki quondam consultissimi filiam. Proavum habuit Nostra DN. JOACHIMUM Hahn



the scale towards document